

Franckesche Stiftungen zu Halle

Io. Anast. Freylinghsii, Pastoris Vlriciani Et Gymnasii Scholarchae, Fvndamenta Theologiae Christianae, In Doctrinis Fidei Ex Verbo Dei Perspicve ...

Freylinghausen, Johann Anastasius

Halis Magdeb., MDCCLXXV.

VD18 13062689

Articulus Vicesimus Septimus, De Aeterna Vita.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-206191

fit, cuius proinde conspectum non est quod horreant, sed læto et confidenti in ipsum animo esse possint; Luc. XXI, 28. 1 Thess. V, 4. 1 Io. II, 28. IV, 17. (3) quod non supplicio a Deo destinati sint, sed saluti paratæ per Dominum nostrum Iesum Christum; 1 Thess. V, 9. Io. V, 24. (4) quod ipsos angelos et mundum cum Christo iudicaturi sint; vid. supra §. II. (5) quod tunc cum vniuersa rerum natura a seruitute interitus liberentur, et gloriosa liberorum Dei libertate sine fine fruantur; Rom. VIII, 21. (6) quod Christus omnia ipsorum opera omnesque perpeffiones coram Patre suo cælesti et omnibus sanctis angelis palam prædicaturus et laudaturus sit, ut multa cum confidentia stare possint in eorum conspectu, qui eos presserint eorumque labores labefactauerint; vid. supra §. V. Sap. V, 1. seqq. (7) quod, hoc sæculo consummato, Deus novos cælos terramque nouam conditurus sit, in quibus habitet iustitia, et in quibus ipsi omni promissa salute æternum fruantur. Vid. supra §. VI.

*ARTICVLVS VICESIMVS
SEPTIMVS,
DE ÆTERNA VITA.*

§. I.

Quæ-
nam inter
hunc et
antece-

Quamquam homines, simulatque e statu peccati et iræ in statum reparatæ per Chri-

Chri-

Christum gratiæ, in ordine veræ pœnitentem
 tiæ ac fidei, transeunt, veram beatitudinem articulum
 æternamque vitam in Christo consequuntur, ^{conne-}
 Rom. VIII, 24. Eph. II, 5. 6. 8. Tit. III, ^{xio?}
 5. 1 Io. V, 11. 13. Ista tamen beatitudo,
 quoad in hoc tabernaculo degunt, adhuc
 multa imperfectione laborat, 2 Cor. V, 4. 8.
 Rom. VIII, 22. 23. et tum ipsismet tum mun-
 do (diuersa licet ratione) later, Col. III, 3.
 1 Io. III, 1. 2. 2 Cor. V, 7. Sap. II, 13. 16.
 Vnde ad consummationem eorum omnino
 necesse est, vt per resurrectionem in nouissi-
 mo die et beneficium consistendi coram tri-
 bunalī Christi in *statum plenariæ gloriæ*, quæ
 futura et patefacienda est, Rom. VIII, 18.
 19. transferantur; qua de re in hoc ultimo
 articulo adhuc breuiter agendum est.

§. II.

Hæc autem beatitudo, quæ alias vita ^{Quomo-}
 æterna vocatur, *donum gratuitum Dei tri-* do beati-
unius est, Rom. VI, 23. Luc. XII, 32. quam tudo spe-
 speciatim Christus Iesus morte sua piaculāri cūda
 et profectione ad Patrem adquisiuit, Io. II, est?
 13-15. XIV, 2. 3. Hebr. V, 9. qui et fide-
 les in die nouissimo ad eam resuscitaturus, Io.
 V, 25. VI, 40. 54. Dan. XII, 47. et in ple-
 nariam illius possessionem in magno illo iu-
 dicii sui die introducturus est, 1 Theff. V,
 9. 10. Matth. XXV, 21. 23. 34. vt adeo pro-
 priorum operum merito nequaquam adscri-
 benda ea sit, Rom. XI, 6. Eph. II, 8. 9.

Bb

§. III.

§. III.

Quinam
participes
beatitudinis
et vitæ
æternæ
erunt?

Participes istius plenariæ beatitudinis vitæque æternæ, quum gloria Christi patefieret, erunt, qui per fidem in Filium Dei et regenerationem iam in hoc mundo salutem nati sunt, et a morte in vitam transuerunt, Io. V, 24. 1 Io. III, 1. 2. Tit. III, 4-7. vid. supra §. I. in ista fidei vita ad finem vsque perstiterunt, Matth. X. 22. XXIV, 13. Apoc. II, 10. 26. eamque, dando operam sanctimoniam, Rom. VI, 22. 1 Io. III, 3. Col. III, 4. 5-10, Hebr. XII, 12. 14. caritati, et variis bonis operibus, Rom. II, 7. Matth. XXV, 34-40. præclarum etiam certamen aduersus diabolum, mundum et carnem certando, 1 Tim. VI, 11. 12. 2 Tim. II, 5. IV, 7. 8. crucemque et ignominiam Christi libenti animo suscipiendo, demonstrarunt. 1 Petr. I, 3-9. IV, 12. 13. 2 Tim. II, 10-12. Rom. VIII, 17. Act. XIV, 22. Matth. X, 32. Qui vero in delictis et peccatis perseuerant mortui, Eph. II, 1-3. et durum ac deploratum animum retinent, Rom. II, 5. nec Filio parent, Io. III, 36. adeoque emarcidæ et infructuæ arbores sunt, Matth. III, 10. VII, 19. ex carnis arbitrio viuunt, Rom. VIII, 13. illiusque opera peragunt, 1 Cor. VI, 9. 10. Gal. V, 19-21. VI, 8. Apoc. XXI, 27. XXII, 15. crucem Christi auersantur, Phil. III, 18. 19. Matth. X, 33. et per temporariam peccati fruitionem bonis suis in hac vita defunguntur,

guntur, Hebr. XI, 25. 26. Luc. XVI, 25. illi non solum futura gloria excludentur, sed sub ira etiam manent, in damnationem ruunt, in orcum atque ignem sempiternum præcipitantur, diabolo eiusque angelis paratum. Vide loca modo memorata, et 2 Theff. I, 9. Ps. XLIX, 15. Matth. XXV, 41. Luc. XVI, 23. 24. Matth. VIII, 12. Apoc. XX, 10. a quo nominis christiani, verbi et sacramentorum, externe quidem usurpatorum, allegatio in ista die tueri potuerint neminem, qui in hoc mundo sic, vt diximus, adfectus fuit. Matth. VII, 21. Luc. XIII, 25-27. Matth. XXV, 3-13.

§. IV.

Ipsa æternæ vitæ gloria omnem humani Qua in re
et naturalis ingenii vim superat, Sap. V, 2. æternæ
Fidelibus autem Deus per Spiritum sapien- vitæ glo-
tiæ et patefactionis illustratos mentis oculos ria confi-
donauit, vt sciant, quid sperandum sit vo- stet?
catis ab eo, & quam locuples gloriosaque sit
eius hereditas, destinata sanctis, Eph. I, 18.
coll. 1 Cor. II, 9. 10. tamen si necdum illis
patet, quid sint futuri, 1 Io. III, 2. quippe
qui ex parte tantum cognoscunt, 1 Cor. XIII,
9. 10. nec nisi per vices, vbi Deo placet, ali-
quem virtutum æui futuri gustum anticipa-
re dignantur, Hebr. VI, 5. illic demum ple-
ne satiandi adeoque et plene cognituri, Ps.
XVII, 15. coll. Ps. XXXVI, 9. 10. 1 Cor.
XIII, 12. Interim ex verbo Dei exploratum

Bb 2

ha-

habemus, αἰώνιον βῶρος δόξης καὶ ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν, *eternum pondus excellenter excellentis gloriæ futurum esse*, 2 Cor. IV, 17. siquidem eius participes non solum ab omni peccato, 1 Cor. XV, 54. 56. a morte et omnibus sub hoc nomine comprehensis doloribus, morbis aliisque molestiis, Apoc. XXI, 4. ab odio et vexatione mundi, Apoc. VII, 13-17. Sap. V, 1. 3-5. ab omni tentatione satanæ, tunc cum mundo ab ipsis iudicati, 1 Cor. VI, 2. 3. Apoc. XX, 1-3. 10. et generatim ab omni malo liberati erunt, 2 Tim. IV, 18. Matth. VI, 13. Luc. XXI, 28. 1 Cor. I, 30. Eph. I, 14. Rom. VIII, 23. sed *beata etiam visione Dei et servatoris Iesu Christi*, 1 Cor. XIII, 12. 1 Io. III, 2. Iob. XIX, 25-27. 1 Petr. I, 7. 8. in omnium electorum angelorum et hominum confortio dignabuntur, Matth. VIII, 11. Hebr. XII, 22. 23. Apoc. V, 6. 11. VII, 9. 11. 15. XIV, 1. 3. 4. 5. Ex qua beata visione Dei et Christi, quod speciatim ad *animam* attinet, arctissima vnio cum Deo et Christo, Io. XVII, 21. 22. perfecta sapientia, sanctitas et iustitia, seu plenaria diuinæ imaginis instauratio, Psalm. XVII, 15. 1 Cor. XV, 49. plena item et gloriosa lætitia, 1 Petr. I, 8. Psalm. XVI, 11. XXXVI, 9. nec non sempiterna et numquam desitura laus Dei et Agni, Apoc. IV, 8-11. V, 11-14. quod ad *corpus* autem, iucundissima eius glorificatio oritur,

tur, 1 Cor. XV, 43. 44. Matth. XIII, 43.
coll. Matth. XVII, 2. Exod. XXXIV, 29. 35.
LVTHERVUS in 1 Cor. XV. Tom. V. Wit-
teb. fol. 160. a. (Tom. VI. Alr. fol. 300. b.)

„Et quis earum rerum numerum inire potest,
„quibus homo tantum ad sustentandum corpus
„opus habet? In futuro autem sæculo omnium
„harum usus cessabit, nec ullius momenti erit,
„tantum in Deo habituris, et nulla cœna, quam-
„libet delicate et opipare instructa, tantum præ-
„bitura sit nobis voluptatis, quantum Deus ipse
„unico intuitu nos delectabit et adficiet. Ita-
„que semper sanus et validus, semper letus et
„alacris, neque non sole et luna pulchrior et ni-
„tidior permanebis, itaque ut vestes aureæ et
„purpureæ, quas reges et cæsares ferre solent,
„pro luto et stercore ducendæ sint, si cum vno
„adspectu, quo Deus nos illustrabit, comparatæ
„fuerint. „ Ibid. b. Ibi sane nec panem, nec
„vinum requiremus, nec pharmacopolas, nec
„vinum desideraturi, sed Dei intuitu et adspe-
„ctu contenti erimus, qui totum corpus niti-
„dum, sanum et validum faciet, atque ita leue
„et agile, ut instar scintillæ in sublimi fera-
„mur, vel uti sol sub cælo cursitat, ita ut
„vno momento vel hic in terris infra, vel in
„celis supra simus. Illud facile credam, longe
„pulchriora et amœniora futura esse omnia,
„nimirum aquas, arbores, gramina et omnino
„nouam terram fore, ut Petrus inquit, ad-
„spectu delectabilem, corpus autem et animam

Bb 3

„Deus

„Deus solus sustentabit, ut qui solus erit omnia
 „in omnibus, cuius aspectus plus vitæ, gau-
 „dii et voluptatis præbeat, quam omnes crea-
 „tura possunt. Itaque expertus ipse testaberis,
 „te non unicum momentum in cælo cum totius
 „mundi diuitiis et voluptatibus permutare vel-
 „le, vel mille atque iterum mille annos duran-
 „tibus. - - Iam ipse apud animum tuum con-
 „sidera, quid omnium libentissime habere, et
 „potissimum optare velis. Vis libenter abun-
 „dare opibus, habere exquisitorum ciborum pa-
 „ratam copiam, frui longa vita, sano corpore,
 „splendidis vestimentis esse amictum, habitare
 „in superbis ædibus, perpetuo gaudio et vo-
 „luptatibus deliciari, adhuc perfectissima sapi-
 „entia et omnium rerum cognitione atque in-
 „tellectu esse præditum, aut principatu et domi-
 „nio esse sublimem et conspiciendum? tum huc
 „confer oculos, ubi harum rerum omnium co-
 „piam consequeris. Elegantius et pretiosius te
 „conuestire statuit, quam ullus umquam cæsa-
 „rum ornatus fuit, immo splendidius, quam
 „sol et margaritæ esse consueverunt. Si domi-
 „nium concupiscis, plura, quam optare audes,
 „tibi dare paratus est. Cupis esse perspicacibus
 „oculis, καὶ ἐξυτέρον βλέπειν τῶ λογικός,
 „et audire acutissime, adeo ut muros quoque
 „et parietes ipsa oculorum acie penetres, tam-
 „que leui esse pondere, ut cum dicto sis, quo
 „animò prauolaras, aut hic infra in terris,
 „aut supra in nubibus? hæc omnia tibi optanti
 „con-

„contingent. Præterea quidquid aliud animo
 „excogitare potes, et habere, quod ad animum
 „aut corpus pertinet, hæc omnia affatim tibi
 „suppeditabuntur, si illum habueris. - - Et
 „quemadmodum ipse creaturas intuendo dele-
 „ctationem et voluptatem cum singulari gau-
 „dio capit; ita neque nos creaturis ultra opus
 „habebimus, nisi quod illarum adspectu gau-
 „dentes delectabimur, quum nouum celum et
 „terram intuebimur, Deum propter ea lau-
 „dando et amando, verum in ipso solo omnium
 „rerum adfuentiam habebimus. „ Quemad-
 „modum autem in æterna damnatione certi
 „dantur gradus, Matth. VII, 2. VIII, 12. XI,
 „20-24. XII, 31. Luc. XII, 47. 48. Sap. VI,
 „7. ita etiam in futura beatitate, omnibus
 „quidem fidelibus victoribus per se commu-
 „ni, gloria et claritas, pro diuerso operum et
 „perfectionum modo ac proportionem, inæ-
 „qualis erit, 1 Cor. III, 8. XV, 41. 42. 2 Cor.
 „IX, 6. LVTHERVVS in 1 Cor. XV. Tom. V.
 „Witteb. fol. 170. b. (Tom. VI. Alt. fol. 315.
 „a.) „Illud in confesso est, in futura vita discri-
 „men fore, pro modo laboris et vitæ, quam
 „hic transegerunt. Nam quod Paulus fuerit
 „apostolus, Samuel aut Iesaias propheta, et si-
 „miles, fiet, ut alius alio plus claritatis habi-
 „turus sit. Ita proba illa et pudica Sara seu
 „Rachel ceteris mulieribus haud dubie præcel-
 „let, neque tamen aliam vitam aut conditio-
 „nem habebit. Itaque cuique discriminatim
 „Bb 4 „sui

„sui honores pro officii magnitudine attribuen-
 „tur. Et tamen vnus Deus et Dominus pariter
 „erit in omnibus, atque vniusmodi gaudium et
 „beatitudo. Secundum personam nemo plus ha-
 „biturus est altero. Sanctus Petrus plus me et
 „te non habebit, operum tamen gratia disci-
 „men erit. - - Idcirco quisque suum opus se-
 „cum feret, qui lucebit, et Deum laudabit,
 „vnde dicetur, diuus Petrus plus operatus est,
 „quam ego aut alius. Hic vir aut mulier ita
 „vixit, et tantum fecit. Atque vt in pauca
 „conferam, omnia coram Deo erunt paria in
 „fide, in gratia, et vita celesti, in operibus
 „autem et illorum honoribus discrimina serua-
 „buntur. „

§. V.

Quod-
 nam offi-
 cium no-
 strum se-
 cundum
 hanc do-
 ctrinam?

Officium nostrum secundum hanc doctri-
 nam est, (1) a Deo Spiritum sapientiæ et
 patefactionis illustratosque mentis nostræ
 oculos submisse petere, vt viuide sciamus,
 quid sperandum sit vocatis ab eo, et quam
 locuples gloriosaque sit eius hæreditas, de-
 stinata sanctis; 1 Cor. II, 10. Eph. I, 16-18.
 (2) per veram resipiscenciam de via ampla,
 quæ ducit ad interitum, in tempore recede-
 re, et ab omnibus cupiditatibus et operibus,
 quæ a vita nos excludunt, æternumque exi-
 tium nobis adferunt, virtute fidei nos absti-
 nere; Matth. VII, 13. Rom. VIII, 12. 13.
 1 Cor. VI, 9. 10. Gal. V, 19-21. Apoc.
 XXI, 8. 27. XXII, 15. (3) contra ea arctam
 viam,

viam, quæ ducit ad vitam, non solum ingredi, sed in ea etiam sanctimoniam operam sedulo nauando crucemque Christi patienter alacriterque suscipiendo, constanter persistere; Matth. VII, 14. Rom. II, 7. vid. supra §. III. (4) pretiosissima salutis bona, in euangelio nobis patefacta, diligenter animis nostris agitare et deuote expendere, tum vt hoc ipso ad abneganda apparentia huius vitæ bona tanto magis adliciamur, tum vt ardens plenariæ illius possessionis et fruitionis desiderium in nobis excitetur et augeatur; Hebr. XI, 26. Col. III, 1. 2. (5) aliis etiam succurrere, vt positam in Christo Iesu salutem cum gloria consequantur æterna; 2 Tim. II, 10. collat. 1 Thess. II, 16. (6) plene sperando et adprehendendo vitam æternam eo contendere, vt cursum nostrum et fidei certamen absoluamus. 1 Tim. VI, 12. 2 Tim. IV, 7. 8.

§. VI.

Solacium, quod fideles filii Dei ex hac doctrina habent, generatim in viuâ magnorum nam solatium fideles filii Dei ex hac doctrina habent? et pretiosorum bonorum, supra §. IV. memoratorum, cognitione situm est. Speciatim autem in eo, (1) quod vita æterna sit beneficium Dei, non in propriorum operum merito, sed in vera gratia et misericordia Dei in Christo fundatum; (2) quod iam in hoc mundo veram et certam illius spem habeant, in eaque magis atque magis

corroborari possint atque firmari; 1 Io. III, 2. 1 Petr. I, 3. 4. Psalm. XXVII, 13. Rom. V, 2. VIII, 24. 2 Tim. I, 12. IV, 18. 2 Cor. V, 1. (3) quod nullum in hoc mundo bonum perdere aut abnegare possint, pro quo non accepturi sint multo melius et gloriosius in futuro sæculo; Marc. X, 21. 30. Hebr. X, 34. (4) quod non possit eis obtingere tam grauis afflictio, pro qua non sint in futura vita percepturi maximam oblectationem; Matth. V, 11. 12. Rom. VIII, 18. 2 Cor. IV, 17. Apoc. VII, 14-17. (5) quod beatæ illius vitæ gloria numquam cesset, sed ipsi illa sine fine, et simul sine satietate et fastidio fruituri sint; 2 Cor. IV, 17. 1 Petr. I, 4. (6) quod Christus Iesus, ut heic per fidem æternam vitam in illis inchoauit, ita eos, per beatam mortem et resurrectionem ex mortuis, in plenam illius possessionem et fruitionem secundum corpus et animam olim translaturus et introducturus sit. Vide supra

§. I. II.

F I N I S.



IN-